potuimus emendari qui de extrema uoce
soluerat quaestione sicut et ceteros fe
cisse monstrauimus sed magis conde
cet ob ueritatem laborare paulisper
et peregrino autem adcommodare
sermoni quam de aliena lingua fic
tam referre sententiam

## EXPLICIT EPISTOLA HIERONIMI AD PAPAM DAMASUM DE OSANNA IN EXCELSIS

## HIERON AD PAPAM DAMASUM DE FIDE CUI IN ANTHIOCHIA COMMUNICARE DEBER

QUONIAM UETUSTO
oriens inter se populorum furore
conlisus indiscissam domini tunicam
et desuper textam minutatim per frus
ta discerpit et christi uineam ex
terminant uulpes ut inter lacus con
tritos qui aquam non habent diffici
le ubi fons signatus et ortus ille
conclusus sit possit intellegi ideo mihi
cathedram petri et fidem apostolico
ore laudatam censui consulendam inde
nunc meae animae postulans cibum
unde olim christi uestimenta suscepi neque
uero tanta uastitas liquentis elementi
et inter iacens longitudo terrarum
me a pretiosae margaritae potuit inqui
sitione prohibere ubicumque fuerit
corpus illuc congregabuntur aquile.

Profligato a sobole mala patri
monio apud uos solos incorrupta
patrum seruatur auctoritas [hereditas] ibi cespite
terra fecundo dominici seminis puri
tate centeno fructu refert hic obruta
sulcis frumenta in lolium auenasque degene
rant. Nunc in occidente sol iustitiae ori
tur in oriente autem lucifer ille qui ceciderat
super sidera posuit thronum suum. Uos estis
lux mundi uos sal terrae uos uasa aurea
et argentea hic testacea uasa et ligne
uirgam ferream et aeternum operiuntur incen
dium quamquam igitur tui me terreat magni
tudo tamen inuitat humanitas a sacerdote
uictimae salutem a pastore praesidium ouis
flagito. facessat inuidia romani culmi
nis recedat ambitio cum successore pis
catoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum
primum nisi christum sequens beatitudini tuae
id est cathedrae petri communione conso
cior super illam petram aedificatam ecclesiam
scio. Quicumque extra hanc domum agnum
comederit profanus est si quis in noe arca
non fuerit peribit regnante diluuio.
Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem
commigraui quae syriam iuncto barba
riae fine determinat nec possum sem
dni tot inter iacentibus spatiis a sancti
monia tua semper expetere ideo
hic collegas tuos aegyptios confesso
res sequor et sub onerariis nauibus
parua nauicula delitesco non noui
uitalem milesium respuo ignoro paulinum

meletium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0088